


Konungz. Maj:tz Pass, för Skeppet Gyllende Leijon.



Konungz. Maj:tz Pass, för Skeppet Gyllende Leijon.

Nos GUSTAVUS ADOLPHUS Dei Gratia, Sueco-
rum, Gothorum, Wandalorumq; REX, Magnus Princeps
Finlandiæ, DUX Esthoniæ & Careliæ, nec non Ingrizæ DO-
MINUS, &c. Omnibus & singulis hæcè Vifuris & Lecturis,
notum testatumque facimus, earum exhibitorum PETRUM
MICHAËLEM Nauclerum & subditum Nostrum cum Navi
Gyllentem dida, diversis mercibus gravi, navigationem, Deo & Ventis
faventibus, in Hispaniam instituisse, ut ibidem in Urbibus & locis sibi
commodis, didas merces suas exponat, distrahatur, aliasque vicissim usus
suo inservientes, sibi comparet & retrovehatur. Quò verò iter instituum
eò tutius & securius iniret & absolvetur, supplicando à nobis pe-
tijt & impetravit, ut Diplomate nostro asserorio, creptis eius clementer
favere dignaremur. Ab omnibus itaq; Regibus, Principibus, Potestati-
bus, Rebus publicis liberis, earumque Legatis, Officialibus & Præfectis,
cujuscunque eminentiæ & dignitatis fuerint, quos præmemorato Nau-
clero, hac in navigatione sua compellere opus fuerit, amicè, gratiosè, &
clementer requirimus, ut ei eam dida navi, omnibusque personis &
bonis que eadem vehuntur, in portus & ad loca destinata, liberam ad-
pellendi, manendi, commercandi, & peractis negocijs, inde solvendi,
ac sine ullo arresto, vel alio quovis impedimento in Regnum nostrum
recedendi potestatem concedant. Præstabunt nobis hac ratione, rem
adprimè gratam, & à nobis datà occasione non tam simili, quam quovis
alio officij genere, amicitia in super, benevolentia, gratia & favore No-
stro Regio compensandam, que semper parata omnibus & singulis, ha-
bita uniuscujusque conditionis ratione, amicè, benevolè & clementer
deferimus. In majorem rei evidentiam, præfens Diploma manu No-
strâ signatum Sigillo Regio firmari mandavimus. Ex Oppido Cosvivi-
censi ad Albim, die xxv. Mensis Sextilis, ANNI supra Sesquimillesimum
Centesium Trigesimi primi.

Gustavus Adolphus.

Borgmästares och Råd:z i Stockholm Pass, för Skeppet Gyllende Leijon.

Niveris & singulis cujuscunque dignitatis, præminen-
tiæ seu conditionis fuerint, ad quos præfentes hæc literæ
pervenerint; Nos Consules & Senatores Regiæ Civitatis
Stocholmenfis, notum testatumque facimus, earum ex-
hibitorum PETRUM MICHAËLEM Nauclerum civem nostrum
dilectum, cum navi, quæ LEO AUREUS insignitur, diver-
sis mercibus gravi, navigationem, Deo & ventis faventibus, in Hispa-
niam instituisse, ut ibidem in urbibus & locis sibi commodis, merces
concreditis exponat, distrahatur, aliasque vicissim ului negotiatoriæ So-
cietati inservientes, sibi comparet & retrovehatur. Ut autem institui
sui fructu ubique gentium gaudere possit, humiliter à nobis expectijs,
ut testificationem nostram, tam de navi concedita, personis, ac bonis,
quæ in ea vehuntur; quàm de loci hujus ac auræ securitate ei commu-
nicare haud gravaremur. Cujus nos honestè pariter ac iustè petitioni
nequaquam refragantes, fide candida testamur, prædictam navem in
Regno Sveciæ esse extructam, Societatiq; mercatoriæ hujus Civitatis
cum omnibus mercibus ac bonis in ea oneratis, esse propriam, cujus
personæ nauticæ tam Regiæ Majestati, Domino nostro clementissimo,
quàm Societati prædictæ juramento sunt obligatæ, omnique, De i gra-
tia, contagione pestifera immunes ac liberæ, ac si ex Regione auræque
saluberrima essent profectæ. Ea propter omnes & singulos, eos vel ma-
ximè qui imperij clavum tenent, ad quorum terras & loca prædictus
Nauclerus cum socijs navique appellere contigerit, magno perè roga-
tos esse volumus, ut eum in huiusmodi suo transitu, commendationis
nostræ intuitu, recommissum suscipiant, humanitatis amore, justitiæ-
que subsidio prosequantur, atque in his, quæ securitatem & cetera-
rum sui concurrunt itineris, gratum exhibeant affectum, eumque per
quoscumque portus, Civitates, Oppida, & quælibet alia loca, absque ali-
quo impedimento & molestia transire, morari, & redire permittant.
Quicquid porro commodi & favoris ei commendatione nostra conti-
gerit, id ipsum nos in simili casu esse facturos animo perlubenti stude-
bimus. In supradictorum autem fidem, hæcè patentes Sigillo Civitatis
nostræ muniri curavimus. Ex Regia Stocholmenfis: xvi. Kalend. Men-
sis Decemb, ANNI supra Sesquimillesimum Centesium Tricesimi primi.

*Ex mandato spectabilis Senatus
scripsit.*

Ægidius Aurelius Secret.

SOT // Utbrutna ligg. fol. extra stort format / Kungl. förordningar

Tillkomstår 1631

Digitaliserad år 2016



National Library
of Sweden

**Önningz Maj:ts Pass / för Skeppet
Gyllende Leijon.**

NOS GUSTAVUS ADOLPHUS Dei Gratia, Svecorum, Gothorum, Wandalorumq; REX, Magnus Princeps Finlandiæ, DUX Esthoniæ & Careliæ, nec non Ingridiæ DOMINUS, &c. Omnibus & singulis hæcæ Visuris & Lecturis, notum testatûmque facimus, earum exhibitorem PETRUM MICHAËLEM Nauclerum & subditum Nostrum cum Navî Gyllentow dicta, diversis mercibus gravi, navigationem, Deo & Ventis faventibus, in Hispaniam instituisse, ut ibidem in Urbibus & locis sibi commodis, dictas merces suas exponat, distrahat, aliâsque vicissim usui suo inservientes, sibi comparet & retrovehat. Quò verò iter institutum eò tutiùs & securiùs iniret & absolveret, supplicando à nobis petijt & impetravit, ut Diplomate nostro assertorio, coeptis ejus clementer favere dignaremur. Ab omnibus itaq; Regibus, Principibus, Potestatibus, Rebuspublicis liberis, earumque Legatis, Officialibus & Præfatis, cujuscunque eminentiæ & dignitatis fuerint, quos præmemorato Nauclero, hac in navigatione sua compellare opus fuerit, amicè, gratiosè, & clementer requirimus, ut ei, eum dicta navi, omnibusque personis & bonis quæ eadem vehuntur, in portus & ad loca destinata, liberam adpellendi, manendi, commercandi, & peractis negocijs, inde solvendi, ac sine ullo arresto, vel alio quovis impedimento in Regnum nostrum redeundi potestatem concedant. Præstabunt nobis hac ratione, rem adprimè gratam, & à nobis datâ occasione non tam simili, quam quovis alio officij genere, amicitia insuper, benevolentia, gratiâ & favore Nostræ Regio compensandam, quæ semper parata omnibus & singulis, habitâ uniuscujusque conditionis ratione, amicè, benevolè & clementer deferimus. In majorem rei evidentiam, præsens Diploma manu Nostrâ signatum Sigillo Regio firmari mandavimus. Ex Oppido Cosvicensi ad Albim, die xxv. Mensis Sextilis, ANNI supra Sesquimillesimum Centesimum Trigésimi primi.

Gustavus Adolphus.

**Borgmästars och Råd: i Stockholm
Pass / för Skeppet Gyllende Leijon.**

NIVERIS & singulis cujuscunque dignitatis, præminentia seu conditionis fuerint, ad quos præsentis hæc litera pervenerint; Nos Consules & Senatores Regiæ Civitatis Stocholmensis, notum testatumque facimus, earum exhibitorem PETRUM MICHAËLIS Nauclerû civem nostrum dilectum, cum navi, quæ LEO AUREUS insignitur, diversis mercibus gravi, navigationem, Deo & ventis faventibus, in Hispaniam instituisse, ut ibidem in urbibus & locis sibi commodis, merces concreditas exponat, distrahat, aliasque vicissim usui negotiatoriæ Societati inservientes, sibi comparet & retrovehat. Ut autem instituti sui fructu ubique gentium gaudere possit, humiliter à nobis expetijt, ut testificationem nostram, tam de navi concredita, personis, ac bonis, quæ in ea vehuntur; quàm de loci hujus ac auræ securitate ei communicare haud gravemur. Cujus nos honesta pariter ac justæ petitioni nequaquam refragantes, fide candida testamur, prædictam navem in Regno Sveciæ esse extructam, Societati que mercatoriæ hujus Civitatis cum omnibus mercibus ac bonis in ea oneratis, esse propriam, cujus personæ nauticæ tam Regiæ Majestati, Domino nostro clementissimo, quàm Societati prædictæ juramento sunt obligatæ, omnique, DE I gratia, contagione pestifera immunes ac liberæ, ac si ex Regione auræque saluberrima essent profectæ. Ea propter omnes & singulos, eos vel maximè qui imperij clavum tenent, ad quorum terras & loca prædictus NAUCLERUS cum socijs navique appellere contigerit, magnoperè rogatos esse volumus, ut eum in hujusmodi suo transitu, commendationis nostræ intuitu, recommissum suscipiant, humanitatis amore, justitiæque subsidio prosequantur, atque in his, quæ securitatem & celeritatem sui concurrunt itineris, gratum exhibeant affectum, eumque per quoscunque portus, Civitates, Oppida, & quælibet alia loca, absque aliquo impedimento & molestia transire, morari, & redire permittant. Quicquid porro commodi & favoris ei commendatione nostra contigerit, id ipsum nos in simili casu esse facturos animo perlubenti studebimus. In supradictorum autem fidem, hæcæ patentis Sigillo Civitatis nostræ muniri curavimus. Ex Regia Stocholmensi: xvi. Kalend. Mensis Decemb, ANNI supra Sesquimillesimum Centesimi Tricesimi primi.

*Ex mandato Spectabilis Senatus
scripsit.*

Ægidius Aurelius Secret.

